Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8161
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

fratri scilicet Johanni duci Austrie noluit reddere he-
reditate propria scilicet ducatu Austrie vnde ipsum oc-
cidit ipse oppidum quod dicitur Brugge die in die
apostolorum philippi et Jacobi transiens fluuium qui
dicitur Rusz Iste principatum missenensem quem adolffus
Rex emerat puro argento totaliter perdidit Iste
et Imperium non auxit sed diminuit diuersa oppi-
da villas et castra Imperij obligans et vendens
tamen suis liberis emens vbique que venalia rep-
perit Immo eciam vi abstulit nobilibus sua ut
liberos suos ditaret .

Hainricus septimus comes de Lutzelnburg
Anno domini mo ccc viij regnauit quatuor
annos. Hic fuit magnus Justiciarius Comitem
Cunradum de Otingen dictum Schrimpfeck
sepe sit et item depopulauit vt qui mendicando
peditando veniret in monasterium Kaishaim
ordinis Cisterciensium vt ibi pane tribulacionis
et angustie vsque ad mortem sua reficeretur
Item Eberhardum Comitem de wirtenberg
auunculum predicti Comitis sibi obtemperare no-
lentem principes Comites Barones et
Ciuitates Imperiales oppidis et castris suis
fere omnibus destructis anno autem Imperio sub-
iectis depauperauit Item quod a Marchione
de Baden receptus fuit in oppido Bäsenkam
super fluuium Neckerum Omnia tamen post mortem
Hainrici Cesaris recuperauit Et plura oppida
et castra emens ditior et potencior factus est
quam fuit prius Sed bis ... quam per Marchiones +
et per eorum adiutores ignominiose repulsus fuit de
+ receptus obliquus castrum illorum Reichenberg obsedit de quo
per marchiones .

Item nota
wirtenberg